tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti ſunt. Cauſa verò, cur tunc fierent, non autem nunc, illa eſt, quòd tūc qui in populo maximè poterant, erant ex ex his qui bello gerēdo pręficiebātur, nōdum enim dicendi peritiam habebant: nunc autem Rhetorica arte ſuperueniente, qui dicendi facultatem habent, populos ducunt quidem, ſed quia imperiti ſunt rerum bellicarum, tyrannidem inuadere non audent, niſi vbi parum aliquid tale incidit. Tyrannides certè frequentius fiebant prius, quàm nunc, & propter magnas poteſtates quibuſdam commiſſas, ceu Mileti ex conſulatu. multarum enim ac magnarum rerum poteſtatem habebat conſul. Ac etiam ob id, quia tunc vrbes non erant magnæ: ſed rure homines habitabāt, otium agentes præter quàm ab agris. qui autem patroni erant in populis, cùm viri militares eſſent, tyrannidem inuadebant: idque agebant omnes, præſtita ſibi prius fide à populo, quæ acquirebatur ex inimicitia aduerſus opulentos, vt Athenis, Piſiſtratus per factionem contra Pediacos ſuſceptam, & Megaris, Theagenes armentis opulentorum occiſis, quæ iuxta flumen repererat paſcentia, & Dionyſius accuſans Daphnæum & diuites, meruit tyrannidem Syracuſis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis, ſibi fide à populo præſtita, quaſi popularis eſſet. Mutantur etiam reſpublicæ, ex conſueta gubernatione in vltimam ſpeciem popularitatis. cùm enim per electionem ſunt magiſtratus, non tamen à cenſu, eligit autem populus ambięntes populum magiſtratuum gratia, eò rem deducunt, vt ſit populus dominus etiam legum. Remedium autem, ne hoc omnino fiat, vel vt minus fiat, illud eſt, vt tribus quidem magiſtratum eligant, non populus vniuerſus. Popularium igitur ſtatuum mutationes ferè omnes per has fiunt cauſas.

CAPVT VI.

Paucorum autem gubernationes mutantur per duos maximè modos manifeſtiſſimos: Vnum, ſi iniuriis afficiant multitudinem. quilibet enim patronus ſufficit, & maximè ſi ex numero paucorum dux aliquis exiſtat, quemadmodum in Naxo Lygdamis, qui tyrannidem poſtea Naxiorum inuaſit. Habet autem etiam ex aliis initium ſeditionis differentias. quandoque enim ab ipſis opulentis, qui non honorātur magiſtratibus, ſit diſſolutio, cùm perpauci ſint illi, qui dignitates vſurpant: vt in Maſſalienſibus, & in Iſtro

A τῶν ἀρχαίων τυράννων, ἐκ δημαγωγῶν γεγόνασιν. αἴτιον δὲ τοῦ τότε μὲν γίνεσθαι, νῦν δὲ μὴ, ὅτι τότε μὲν οἱ δημαγωγοὶ ἦσαν ἐκ τῶν στρατηγούντων· οὐ γάρ πω δεινοὶ ἦσαν λέγειν· νῦν δὲ, τῆς ῥητορικῆς ηὐξημένης, οἱ δυνάμενοι λέγειν, δημαγωγοῦσι μὲν, δι' ἀπειρίαν δὲ τῶν πολεμικῶν, οὐκ ἐπιτίθενται, πλὴν εἴ που βραχύ τι γέγονε τοιοῦτον. ἐγίνοντο δὲ τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ διὰ τὸ μεγάλας B ἀρχὰς ἐγχειρίζεσθαί τισιν· ὥσπερ ἐν Μιλήτῳ ἐκ τῆς πρυτανείας· πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ πρύτανις. ἔτι δὲ, διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, οἱ προστάται τοῦ δήμου, ὅτε πολεμικοὶ γένοιντο, τυραννίδι ἐπετίθεντο. πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες· ἡ C δὲ πίστις ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους· οἷον Ἀθήνησί τε Πεισίστρατος στασιάσας πρὸς τοὺς πεδιακούς· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβὼν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπινέμοντας. καὶ Διονύσιος κατηγορῶν Δαφναίου, καὶ τῶν πλουσίων, ἠξιώθη τῆς τυραννίδος, διὰ τὴν ἔχθραν πιστευθεὶς, ὡς δημοτικὸς ὤν. μεταβάλλουσι δὲ D καὶ ἐκ τῆς πατρίας δημοκρατίας εἰς τὴν νεωτάτην. ὅπου γὰρ αἱρεταὶ μὲν αἱ ἀρχαὶ, μὴ ἀπὸ τιμημάτων δέ· αἱρεῖται δὲ ὁ δῆμος, δημαγωγοῦντες οἱ σπουδαρχιῶντες, εἰς τοῦτο καθιστᾶσιν ὡς κύριον εἶναι τὸν δῆμον καὶ τῶν νόμων. ἄκος δὲ τοῦ ἢ μὴ γίνεσθαι ἢ τοῦ γίνεσθαι ἧττον, τὸ τὰς φυλὰς φέρειν τοὺς ἄρχοντας, ἀλλὰ μὴ πάντα τὸν δῆμον. τῶν μὲν οὖν δημοκρατιῶν αἱ μεταβολαὶ γίγνονται πᾶσαι σχεδὸν E διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

Κεφάλαιον ς.

Αἱ δὲ ὀλιγαρχίαι μεταβάλλουσι διὰ δύο μάλιστα τρόπους τοὺς φανερωτάτους. ἕνα μὲν, ἐὰν ἀδικῶσι τὸ πλῆθος· πᾶς γὰρ ἱκανὸς γίνεται προστάτης· μάλιστα δὲ, ὅταν ἐξ αὐτῆς συμβῇ τῆς ὀλιγαρχίας γίνεσθαι τὸν ἡγεμόνα· καθάπερ ἐν Νάξῳ Λύγδαμις, F ὃς καὶ ἐτυράννησεν ὕστερον τῶν Ναξίων. ἔχει δὲ καὶ ἡ ἐξ ἄλλων ἀρχὴ στάσεως διαφοράς. ὁτὲ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐπόρων, οὐ τῶν ὄντων δὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, γίγνεται κατάλυσις, ὅταν ὀλίγοι σφόδρα ὦσιν οἱ ἐν ταῖς τιμαῖς· οἷον ἐν Μασσαλίᾳ, καὶ ἐν Ἴστρῳ,

καὶ ἐν